

litteras istius donationis sigilli nostri munitione dotatas per
dominū Poncium abbatē Speciose vallis ad sanctitatē om-
nium vestrum direximus. Testes huius doni sunt Petrus de
treua/Decanus sancti Stephani et archid. Hieremias de roise
Eido liabbas/Stephanus de chenuis.

371.

Dominus comes palatinus Burgundie
concedit omnibus abbatib⁹ sancti ordi-
nis publica vectigalia sui theloni in dic-
to comitatu et quascunq; exactiones que
a vendentibus/mentibus/seu transeun-
tibus exigi solent.

Guidoni dei gratia Generabili Listerciensi abbat⁹ /omni-
busq; eiusdē sancti ordinis abbatibus. Otbo dei gratia pala-
tinus comes Burgundie Salutē. In memorā mei et parentū
meorum publica vectigalia ad redditū theloni nostri pertinē-
tia et quascunq; exactiones que a vendentibus siue emētibus
seu transeuntibus sollēniter solent exigi in toto comitatu meo
omnibus vestri ordinis hominib⁹ sicut auus meus Raynan-
dus scz pie memorie imperpetuum concessit et nos concedimus.
Quod vt firmū et incōcussum permaneat litteras istius dona-
tionis sigilli nostri impressione munitas/ad sanctitatē oīm ve-
strum dirigimus. Et quicunq; hanc donationē frangere pre-
sumperit/iram et indignationē nostram se sciat incursum. Te-
stes hui⁹ rei sunt magister Daniel/Hugo monach⁹ Listerciensis/
Fromundus de tremolai/Wilhelmus de pesmes.

Dominus rex Danorū et Sclavorū cō-
cedit fratribus de Listercio vt quotiens

A 4

visitatores eorum inerint ad partes suas habeant vite necessaria gratis ab exactoribus et villicis suis/et sint liberi a theolonei exactione.

U. dei gratia Danoru. Sclauoru. rex omnibus in regno suo constitutus. Salute et gratiam. Significam vobis quod misericordie et pietatis intuitu fratribus de Listercio hanc concessimus immunitatem ut quotienscumque visitatores eorum ad partes nostras venerint/apud exactores nostros et villicos gratis habeant vi te necessaria et in foris et in portubus sup rebus quascumque compa rauerint vel quocumque modo habuerint immunes sint et liberi a theolonei exactione. Et ne quis huic nostre donationi contraire audeat/ipsam sigilli nostri impressione et litterarum testimonio confirmamus. Quod si quis contra banc nostram libertatem venire presumpserit/indignationem nostram se nouerit incursum. Datu. Anno incarnationis verbi AB.cc.xxix.vj. Monas Abartij.

Dominus comes Lugdunensis et Forensis remittit pedagium et leidam pro omnibus rebus eorum qui sunt sub obedientia abbatis Listerciensis que transseruntur per terram suam.

Beatissimo patri suo et domino carissimo dei gratia Listerciensis domus sanctissime abbatii sanctissimo S. Lugdunensi atque Forensi comes qualiscumque seipsum et sua/pedagium et leidam pro rebus vestris ppteris in terra mea ubique vendendis et emendis vel trans ferendis tam vobis quam alijs omnibus subditis vobis et obedientibus imperpetuum diuino intuitu remitto/ sicut ab heredibus meis voluntatis mee dispositione inviolabili tenendum